



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv  
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1666**

15. Nauis periculum prædicit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10854**

14  
Prædict  
Arausio mor  
tem.

14. Fuit in iis Franciscus Pallius qui vini lagunculam , quam petebat ad reuocandos ægrotos spiritus , abstulit quidem , sed obmissitanti , & denuntianti , sat catenùs datum , nec is de cætero , sed neque alias petitur rediret. Sua sibi iam esse oportere ; tantillum id vini , sibi ab se non publico aduectum : cado enim siccato , quemnam fore à quo id sumeret ? quâ responsione , incensus animo & ore Xauerius. Siccine ait , & putat Arausius suo vino ysurum idque sibi ut seruet , Christo negat ; longè aliud fiet quâ mente somniet. Priùs illum vita defectura est quâm cadus , terram ipse postremam hanc videt ; porrò velit , nolit , mortui tota res ad pauperes venier. Quod ipsimet quoque Arausio non dissimulauit , occurrentem post Paulum vicinæ mortis admonuit , horratus plurimùm ut grandi sc̄nere sua dum poterat apud pauperes occuparet , quibus esset quampriūm necessitate ultimā priuandus. Amboino soluentem Xauerium , secuturus erat Arausius , nisi foret modus nauigij , tot eius vchendis facultatibus multum impar. Cū ergo hæsisset Amboini , paucis ab hinc diebus Ternate Apostolus rem sacram faciens , cū ex ritu ad adstantes conuersus dixisset , Orate Fratres , subiecit , & pro Ioanne Arausio , qui nunc Amboini animam efflauit , heri pro illo operatus sum sacris , quod & nunc iterum perago , vos in eius leuamen , vestrás preces cum meis iungite. His vchelementer attoniti qui sacro intererant , ( nam distat Ternate Amboinum , milliaribus ducentis , & septuaginta ) facilis coniecturâ assoluti sunt , fuisse id illi , ostensum diuinitùs , collataque post dies duodecim , hora quâ Ioannis Eiri litteris , Arausij mors nunciabatur , & testabatur Raphaël Caruallius adfuisse se morienti , comperta est eadem quâ Ternate Xauerius , defunctum indicarat.

15  
Nauis peri  
culum præ  
dicit.

15. Remittente vi pestis , anni tempestatem nauigantibus iniuniam , classis vtraque festinat præuertere ; inopie militum classiiorum Xauerius corrogata stipe largiter succurrit ; Goam ( quò tendebant ) Paulo Camerti magnopè commendat , è S. Augustini familia viros maximè religiosos , qui classi eidem ex noua hispania profectæ pias operas nuantrant. Adiungenti se verò ad classem naui , tristis exitij prædictis discriben , quo periculose defuncta est ; scopulo illisa reuulsu temonem & comminutum in eo reliquit ; post vadis impacta Zeilani , nihil propriis absuit quâm ut solueretur. Ipse interea Apostolico feruens igne , dum occasionem expectat in Molucas , circumpositas ad nauigat Insulas , secundis euentibus , opimaque animarum præda. Insularum vni Baranuræ nomen , eo tendenti res mira contigit , hanc testis oculati verbis , quam meis fecero gratiorem.

16  
Cancer ex  
mari Crucifixū ad eum  
refert.

16. Faustus Rodericus Vianæ Aluiti in Lusitania natus ( præter alios septem iuridicè testes , quorum inscripta sunt , publicis actis chirographa pro testimonio iuratus sic habet. [ Cercuro Ioannes Rapofus , & ego vchebamur cum P. Francisco , procella ingens , & subita , nautas quoquè ipsos summoperè terruit quamvis indigenas insulæ , marisque illius